

LI.

III

Ista est distinctio xxxvi. huius tertij libri. In qua magister postquam egit de virtutum et honorum ad iniucem comparatione. Agit de virtutum conuersione. Et tria facit. Nam propter conuersionem querit primo. An ab habente unam virtutem omnes habeant. Secundo an ab habente unam virtutem omnes equaliter habeantur. Tertio inquit de conuersione preceptorum. quibus actus virtutum repant. Primum vero visus ibi. An unum deo pariter. Secundum visus ibi. Cum autem duo sunt. Tertium visus ad finem dist. In speciali ista magister stat in tribus propositionibus quibus prima est hec. Virtutes ita sunt conuere qd vna sine oibus haberi non potest. Hanc magister insinuans querit. An virtutes sunt conuere. qd vnam habet oes habeat. Et rident qd sic. qd probat auctoritate. Hiero. qui dicit ipsas sic sibi coherere vt qd vna habet oes habeat. et qd vna caret oibus caret qd etiam probabile est. Nam ex charitate est oim virtutis et legis plenitudo. Igitur in quocumque est charitas in eo sunt oes virtutes. Secunda propositio. Quis virtutes inter se fore equaliter debeat teneri. possunt tamen equaliter a nobis haberi. Hanc magister ponens querit. Vtrum hinc omnes virtutes habeat eas equaliter vel in equaliter. Ad qua questionem respondendo primo recitat circa hoc opinionem cui non videtur assentire. Et est opinio quodammodo dicentium qd aliquae virtutes habentur magis aliquae minus ab hominibus ipsas habentibus sicut in Job viguit patientia. in David humilitas. in Moyse mansuetudo. in Abraham fides. Et etiam isti dicunt qd aliqui plus meriti qd vna virtute qd per altam habeat vnam plenius qd altam. licet tamen nullas possint plus mereri qd per charitatem qd charitas producit. Ideo ita vero ponit solutionem questionis veniens qd opinio nem in alio modo eodem modo sunt etiam equaliter. ita qd qd est par vel equaliter alteri in vna virtute. etiam est eisdem equaliter in omnibus. quod postea auctoritate. Aug. rident ad illud qd prima questio inducebat. si qd aliquis se excellere alium in aliqua virtute: vt in fide. Abraham in patientia Job excellere. Illud dicit magister fore intelligendum qd vnum ad vsum actus interioris. scilicet qd vnum magis creuit actum vni virtutis qd actus altius in homini virtutibus magis pollebant in comparatione ad alios homines et non in comparatione ad alias virtutes. Et hoc iterum affirmat auctoritate. Ex quo concludit qd virtutes qd vnum ad substantiam seu essentiam habent sunt equaliter si equaliter habent. sed qd vnum ad actum vna habet magis qd alia. Et isto tamen non sequitur vt dicit magister qd etiam peccata sunt equaliter. qd non equaliter sunt contra charitatem. sed vnum magis aliud minus. Tertia propositio est hec. Omnia precepta decalogi ad duo precepta charitatis referuntur et per vera dilectionem vel et primi adimplent. Hanc ponens querit quod illud possit esse verum qd in duobus preceptis charitatis de dilectione vel et primi lex pendet et propheta cum in lege et prophetis multa continentur ceremonialia mandata que iam cessauerunt. vt circuncisio et cerimonie sacrificiorum que nec cessasse debuisse sicut nec charitas cessat. Ad quod respondet qd ex quo ceremonialia imposta fuerunt in figura futurorum. ideo aduentante veritate cessare debuerunt. Nihilominus tamen ad charitatem referuntur in spiritualem intellectum que continent. qd patet ex hoc qd oia que sunt in lege sue moralia sunt ceremonialia. ad decem precepta decalogi referuntur. Et quibus cetera manant. Et eodem modo ipsa decem ad vno charitatis mandata tanquam ad suum finem referunt. quod auctoritate beati Augustini. pulchre declarans affirmat. Et tamen in speciali.

I De decem preceptis quomodo continentur in duobus mandatis charitatis.

Ed iam distributio decalogi que in duobus mandatis complet consideranda est. Habet enim decalogus decem precepta que sunt decalogorum psalteriorum. que sic sunt distributa. vt tria que sunt in prima tabula pertineant ad deum. scilicet ad cognitionem et dilectionem trinitatis. Septem que sunt in secunda tabula ad dilectionem proximi.

De primo precepto.

Primum in prima tabula est. Non habebis deos alienos. non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem etc. hec Origenes dicit esse duo mandata. Augustinus vnum hoc enim ipsum qd dixerat non habebis deos alienos perfectius explicat cum probat coli figurata. scilicet ydolum vel similitudinem alicuius rei. Quod duo Origenes ita dicit distare vt ydolum sit qd nihil habet simile sui similitudo vero qd habet spem alicuius rei. vt verbigra. Si quis in auro vel in ligno vel alia re faciat speciem serpentis vel auis vel alicuius rei. Et statuat ad adorandum. non ydolum sed similitudinem fecit. Qui vero facit spem quam non vidit oculus et animi sibi finxit. vt si quis humanis membris caput canis vel arietis formet vel in vno habitu hominis duas facies. non similitudinem sed ydolum facit. qd facit quod non habet aliquid simile sui. Ideo dicit apostolus qd ydolum nihil est in mundo. Non enim aliqua ex rebus constantibus assumit species sed quod in eis occiosa et curiosa reperit. Similitudo vero est cum aliquid ex his que sunt in celo vel in terra vel in aquis formatur. Augustinus vero ita exponit illud. Ydolum nihil est in mundo. in in creaturas mundi non est forma ydoli. materia enim formatur deus. sed stulticia hominum formatur deo. Quecunq; facta sunt naturaliter facta sunt per verbum. sed forma hominis in ydolo non est facta per verbum. sicut peccatum non est factum per verbum sed est nihil. et nihil sunt homines cum peccant. Sed querit quod dicitur forma ydoli non esse facta per verbum cum alibi legitur. Omnis forma per verbum. Hoc autem a diuersis varie soluit. Quidam enim dicunt omnem formam et quecunq; est a deo esse in spiritu est. et forma ydoli in quantum est vel in quantum forma est a deo esse. sed non in quantum ydoli est. in posita ad adorandum. In hoc enim non est creatura sed peruersio creature. Sicut illud quod peccatum est in quantum peccatum est nihil est. et homines cum peccant nihil sunt. quia ab illo

Aug. 8 de e cordis.

Quo ydoli nihil esse dicitur mundo.

Questio in omni forma per verbum omnia per facta sunt.